Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

festiuitate eodem fratres cum quadam
mesticia matutinarum vigilias pe-
gunt. Cumque omnes in lectis se
recepissent, ecce Sp. priori vi
sibiliter apparuit terribilis, qui per
capillos de lecto abstrahens dor
mitorii pauimento collidit. Inci
piens autem: O pastor eterne, per
singulas vocum differencias virgis
quas in manu tenebat grauissimos
ictus super dorsum pacientis inge
minans, per ordinem morose can
tando antiph. usque ad finem per
duxit. Quem cum omnes suis clamo
ribus excitasset, semiuiuum ad
lectum reportant. Tandem ad se
rediens ait: Ite et hystoriam no
uam sancti Sp. amodo decantate. De
uirtutibus et miraculis sancti Re
migii. lxxx.

Remigius doctor egregius
confessor domini gloriosus a quadam
heremita taliter nasci est premonstratus.
Cum enim Wandalorum perse
cucio totam fere Franciam de
uastasset, quidam vir sanctus qui lumen
oculorum amiserat, pro pace ecclesie
Gallicane crebris oracionibus
dominum exorabat. Et ecce an
gelus domini in visu ei astitit,
eique dixit: Scito quod mulier
illa nomine Cylina filium no
mine Remigium generabit, qui
gentem suam a malorum incursibus
liberabit. Cumque euigilasset,
statim ad domum Cyline venit
et que viderat enarrauit. Cumque
illa non crederet, eo quod anus esset
iam, ille respondit: Scias quod
cum puerum ablactaueris oculos
meos de lacte tuo perunges,
et continuo in visu restitu
eris. Hec autem omnia per ordinem
facta sunt. De vino augmenta
to. lxxxi.

Quodam tempore cum Remigius
sanctus esset Remensis archiepiscopus
et in domo cuiusdam matrone hos
pitatus fuisset, et illa modicum
vini haberet, cellarium in
trauit et super dolium crucem
fecit. Cumque ibidem orasset,
mox desuper vinum egreditur,
ita quod per medium cellarium
funderetur. Quod Clodoueum
Regem baptizauit. lxxxii.

Cum autem Clodoueus
rex Francie tunc tem
poris gentilis esset nec ab ux
ore sua christianissima conuerti
posset, videns quod infinitus
Alemannorum exercitus super
se venisset, domino deo quem ux
or sua colebat votum vo
uit quod si sibi de Alemannis
victoriam concederet, mox fi
dem Christi reciperet. Quod cum
fuisset ad libitum consecutus,